



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 145. Res Maurorum cum Ferdinando Arragonum Rege

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sacul. XV.  
A.C.1478.

## §. CXLV.

*Res Maurorum cum Ferdinando Ar-  
ragonum Rege.*

Bello interea Castellanos inter & Lusi-  
tanos continuo fervente, Navarra  
semper Bellomontii & Grandimontii fa-  
ctionibus agitabatur: donec tandem  
Joannes Arragoniae Rex, qui, Francisco  
Phæbo Fuxi Comite ejus Nepote cura-  
torum tutela nondum exempto, regnum  
administrabat, Comitem de Leva, & Pe-  
trum Panniel utriusque factionis Princi-  
pes Cæsaraugustam relegasset, & habita  
diffidiorum cognitione, feliciter eos, se-  
positis odiis, conciliaasset.

Ceterum Granatæ Rex ægre ferebat,  
quod Ferdinando Arragoniae Princi-  
pi, qui & Isabellæ Maritus erat, prospera u-  
bique adspiraret fortuna, econtra vero  
Joannæ Henrici filiæ factio indies auto-  
ritate ac numero decresceret, imo ea-  
dem perdendi regni, cuius tamen ha-  
res a Patre suo ante obitum scripta erat,  
periculum incurreret; hinc summopere ve-  
reri cœpit, ne Ferdinandus firmata cum  
Lusitanis pace arma in Mauros conyer-  
teret. Huic malo mature prospecturus,  
Legatum ad Ferdinandum decernit, qui  
induciarum prorogationem peteret. Nec  
abnuit Arragonius, ea tamen lege, ut  
Mauro-

Maurorum Rex residuam tributi partem, **Sæcul. XV.**  
 quam adhuc debebat, pendere non re- **A.C. 1478.**  
 cusaret. Ad hæc ille tanta respondit  
 arrogantia, ut certe brevi temeritatis  
 suæ poenas dedisset, nisi Ferdinandus in  
 Castellæ Regem salutatus, gravibus cu-  
 ris alibi distentus hæsisset, & aliunde,  
 cum rara prudentia, qua suo ævo vix su-  
 periorem habebat, scite temporis servi-  
 re scivisset; binc autem suo dolori, i-  
 ræque imperabat, donec dissidia ob Ca-  
 stellæ & Lusitanæ Regna penitus com-  
 posuisset.

### §. CXLVI.

#### *Dissidia inter Mediceos & Pazzios Florentiae exorta.*

Hoc anno post Christum natum millesi- **Comm. l.6.**  
 mo quadringentesimo septuagesimo **cap. 5.**  
 octavo Florentinorum Respublica ingen- **Angel. polit.**  
 ti tumultu turbata est; oriebantur e- **in epist.**  
 nim gravissimæ dissensiones inter Medi- **Brut. l.6. & 7**  
 ceos, & Pazzios. Erant hæ duæ fami-  
 liæ ceteris potentia ac divitiis longe præ-  
 stantissimæ. Evidem Pazzii generis  
 antiquitate, ac opulentia prævalebant,  
 Medicei vero non solum Florentiae, sed  
 in tota Italia auctoritate clariores erant.  
 Creverat utraque familia ad tantam bo-  
 norum copiam ex industria Cosmæ senio-  
 ris, sapientissimi civis, qui suo ævo ho-

S s 3 nora-